Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Respondens autem eliphaz themanites
dixit. Numquid deo potest homo
prodesse quasi illi prudens
fuerit. Aut quid ei conferes si inmaculatus
fueris in viis tuis. Numquid timet
arguet te et veniet tecum in iudicium
propter timorem tuum. Non propter malitiam tuam plurimam
et infinitas iniquitates tuas. Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine
causa et nudos spoliasti vestibus. Aquam lasso non dedisti et esurienti subtraxisti panem. Iniquitudine terrae
fortis tui possedisti terram et potentissimus obtinebas eam. Viduas dimisisti vacuas et lacertos pupillorum
contrivisti. Propterea circumdatus es laqueis et conturbat te formido subita
et putabas te tenebras non visurum
et impetu aquarum inundantium
non oppressurum. Nonne considerabat quod
deus excelsiorum celo sit et sup stellarum
lucem sublimet. Et dixisti
quid enim novit deus et quasi per caligine
iudicat. Nubes latibulum
eius nec nostra considerat et circa cardines celi
lata ambulat. Numquid
semitam seculorum tuis custodire
qui calcatus sunt viri iniqui qui subla
ti sunt ante tempus suum et flu
mine subversus est fundamentum eorum
qui dicebant deo recede a nobis et
quasi michi possit facere non omni
potentem existimabant eum. Cum
ille implesset eum bonis eorum
bonis quorum sententia procul
sit a me. Videbunt iusti et letabuntur et innocens subsannabit
eos. Nonne succisa est exercitus eorum
et reliquias eorum devorabit ignis
acquiescere igitur ei et habebis pacem et
per hoc habebis fructus optimos. Suscipe
de ore illius legem et pone sermones
eius in corde tuo. Si revertaris ad omnipotentem edificaberis
et longe facies iniquitatem a
tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem
et pro silice torrentes aureos. Erit enim
omnipotens contra hostes tuos et argentum
congerebabitur tibi. Tunc super omnipotentem deliciis afflues et elevabis
ad deum faciem tuam. Exaudiet te et votum tuum reddes
decernens rem et veniet tibi et in
tuis splendebit lumen. Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria qui inclinaverit oculos suos ipse saluabitur.
Saluabitur innocens. Saluabitur autem
in munditia manuum suarum.

Respondens autem iob dixit
Nunc quoque in amaritudine
est sermo meus et manus
plagae meae asperata est super gemitum
meum. Quis mihi tribuat ut
consuescam et inveniam illum et
veniam usque solium eius. Ponam
coram eo iudicium et os meum replebo
increpationibus ut sciam verba
que mihi respondeat et intellegam
quid loquatur mihi. Nonne multa
fortitudine contendat mecum ut
magnificentius sive mole me premat
ponat equitatem contra me et
procedat ad victoriam in deum me
um. Si ad orientem ierit non ap
paret et si ad occidentem ierit non
intellegam eum. Si ad sinistram